



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 99. Reconciliatio inter Sueciæ Reginam, & Stenonem a Pontifice tentata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

tamen vanus erat Regis timor; Optima- Sæcul. XV.  
tes enim juveni, si urbem, regni sui ca- A.C. 1489.  
put, Hispano traderet, libertatis, ipsius-  
que vitae jacturam comminati sunt; in-  
terim Ferdinandus, postquam omnia in-  
cassum experiebatur, aperto bello, toto-  
que armorum apparatu Granatam obfi-  
dere decrevit.

§. XCIX.

*Reconciliatio inter Sueciæ Reginam  
& Stenonem a Pontifice  
tentata.*

Sub idem serme tempus ingens diffi-  
dium de dominio arcis munitissimæ,  
cui nomen Orobæ, inter Dorotheam Sue-  
ciæ ac Norvegiæ Reginam, & inter Ste-  
nonem Sture horum Regnorum Guber-  
natorem recruduit. Hæc erat vidua  
Christierni I. Sueciæ Regis, qui die vi-  
gesima secunda Maji Anno millesimo  
quadragecentesimo octogesimo primo fa-  
tis functus est. Itaque summus Pontifex  
ut horum animos conciliaret, die sexta  
Julii edidit Bullam Lundensi & Ufsalen-  
si Archiepiscopis, necnon Roschildenſi &  
Strengenensi Praefulibus inscriptam, qui-  
bus injunxit, ut ad dirimendam hanc li-  
tem suam impenderent operam: Cum  
vero eventus horum conatus abluisset,  
tota cauſa ad Sedem Apostolicam de-

B b 5 voluta,

Sæcul. XV.  
A.C. 1489

voluta, atque in favorem Reginæ decisa  
fuit, dato insuper præfatis Episcopis ne-  
gotio, ut reluctantem forte Stenonem  
censuris etiam perstringerent.

§. C.

*Parisiensis Parlamenti appellatio ob  
decimas a Clero petitas.*

*Jalogni hisſ. Car.VIII.* **H**oc item anno adversus legem de de-  
cimis Clero Gallicano imponendis  
provocabat Parisiense Parlamentum. Hi,  
qui eas exigere moliebantur, allegabant,  
quod Flandriæ ac Britanniæ bello æra-  
rium penitus exhaustum, & absque ejus-  
modi subsidiō inglorie ab armis desisten-  
dum foret. Ea res nec Clero nec Parla-  
mento probabatur; unde Vaquerius su-  
premus Curiæ Præses unacum suis Con-  
siliariis Regi exponebat; ejusmodi deci-  
mas exigendi facultatem a Pontifice haud  
unquam concedi, quin magna illarum  
portio in ejusdem emolumentum cede-  
ret, proin harum exactionem nullatenus  
Regno proficuam fore, præsertim cum in  
illis colligendis tot sumptus impendendi  
essent, ut hi facile collectam absorberent  
pecuniā, aliunde etiam in ejusmodi  
præstationibus plurimæ committerentur  
fraudes, ac denique populus a Rege tam  
acerbis pecuniarum exactionibus alias  
premeretur, ut accedente decimarum o-

nere